pater domus iudicii uocabatur. Reliqui uero ſeptuaginta uirorum coram his duobus ſedebant pro dignitate ſua, omnis uero maior ſocio ſuo in ſapientia erat propior principi a ſiniſtra ipſius ſuper ſocio ſuo, illique ſedebant ſicut in area amphiteatro ſimili, ita ut Princeps cum Patre domus iudicii omnes intueri poſſet. His adde, quae OBADIAS DE BARTENORA habet: o) וושבין בעגול כחצי ירח ובעגולה שלימה אין יושבים מפני שצריכים בעלי דינים והעדים ליכנס ולדבר לפני כולם *et ſedebant in loco lunae dimidiatae ſimili, in circulo integro autem non ſedebant propter neceſſitates litigatorum et teſtium, ut coram omnibus congregarentur et loquerentur.* Pari modo GEMARA p) BABYLONICA de figura Synedrii magni ſcribit: מנא הני מילי אמר רבי אחא בר חנינא דאמר קרא שררך אגן הסהר אל יחסר המזג וגומר שררך זו סנהדרין ולמה נקרא שמה שררך שהיא יושבת בטיבורו של עולם אגן שהיא מגינה על כל העולם כולו הסהר שהיא דומה לסהר אל יחסר המזג שאם הוצרך אחת מהם לצאת רואין אם יש עשרים ושלשה כנגד סנהדרין קטנה יוצא לא ואינו יוצא בטנך ערמת חטים מה ערמת חטים הכל נהנין ממנה אף סנהדרין הכל נהנין מטעמיהן סוגה בשושנים שאפילו בסוגה של שושנים לא יפרצו בהם פרצות *quod ad uerba illa attinet*, (quae ſcilicet in *tractatu* SANHEDRIN de huius *conſeſſus* FIGVRA reperiuntur *dicit* RABBI ACHA *filius* CHANINAE *quod dixerit ſcriptura: Vmbilicus tuus eſt peluis figurae lunaris cui nunquam deerit uinum mixtum etc. Cant. Cant. VII. 3)* quem potum illum mixtum Ebraei per שני חלקי מים ואחד יין *duas partes aquae et unam uini* explicant.) *Vmbilicus tuus hic eſt ſenatus magnus, et cur nomen ipſius uocatur umbilicus tuus? quoniam haec ſedes eſt in umbili*

o) in citatum locum SANHEDRIN fol. 186. col. 2.

p) ad Cap. IV. tituli SANHEDRIN fol. 37.